



**Epistolae duae, ad ecclesias Polonicas, Iesu Christi
Euangelium amplexas, scriptae a? Tigurinae ecclesiae
ministris, de negotio Stancariano, & mediatore Dei & hominum
Iesu Christo, an hic secundum humanam naturam duntaxat,
an secundum utranque mediator sit, ...**

<https://hdl.handle.net/1874/429706>

EPISTOLAE
 DVAE, AD ECCLESIAS
 POLONICAS, IESV CHRISTI
 Euangelium amplexas, scriptæ à Tiguri-
 nae ecclesiæ ministris, de negotio Stanca-
 riano, & mediatore dei & hominum Iesu
 Christo, an hic secundum humanam
 naturam duntaxat, an secun-
 dum utrunque mea
 diator sit.

1. Timoth. 2.

Vnus est Deus, unus etiam mediator
 Dei & hominum, homo Christus Iesus,
 qui dedit semetipsum pretium redemptio-
 nis pro omnibus.

T I G V R I

*Apud Christophorum Proschouerum, Menſe
 Martio, Anno domini 1561.*

PIO LECTORI

S.

POST V L A R V N T à nobis anno superiore uigilantissimi fidelissimiq; ecclesiarum Polonicarum ministri, domini nostri colendi & fratres charissimi, ut cùm in Polonicis ecclesijs exorta sit acris concertatio de mediato re domino nostro Iesu Christo, nos paulò copiosius, quid de mediatore Iesu Christo domino nostro sentiamus, an secundum humanam duntaxat, an secundum utrunque naturam mediator sit, exponamus. Libenter in re sancta illis nostrā impendimus operam, ac ea de causa conscripsimus priorē, quam mox subiungemus, epistolam. Circa principium uero huius anni submiserunt nobiles aliquot uiri & ipsi legatum peculiarem, qui à nobis de illa ipsa causa nostrum pateret iudicium. Gratificari uoluimus & his, ideoq; scripsimus posteriorem, quam mox subiiciemus, epistolam. Viras que nunc publicamus, non tam in Polonicarum, quam in aliarum Christo consecratarū ecclesiarum gratiam, ut omnes ubique uideant, quid sentiamus de adorando Trinitatis & salutifero incarnationis mysterio, contra omnia perigrina dogmata. Domino nostro Iesu Christo mediatori et redemptori nostro unico fit gloria & laus.

EPISTO-

EPISTOLA PRIOR AD ECCLESIAS POLOZ nicas, ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ,

A M P L I S S I M O V I R O D. F B
lici Crucigero superintendenti Ecclesiarum mi-
noris Poloniæ, omnibusq; per Poloniam &
Rusiam fidelibus Ecclesiarum ministris, domi-
nis obseruandis & fratribus charissimis suis,

S. D.

A C C E P I M V s & legimus literas
charitatis uestræ, patres & fratres
in domino obseruandi & charis-
simi, non tamen sine dolore legi-
mus. Quanquam enim gratias agamus do-
mino deo nostro, quod fidelem seruū suum
Ioannem à Lasco fratrem charissimum ex Mors D. f. d.
an. à Lasco;
peruerso hoc mundo ad se in gloriam eter-
nam trastulit, nihilominus tamē dolemus
eum uestris præceptum esse Ecclesijs : cu-
ius præsentia, ut nunc maximè fuisset ne-
cessaria, ita perutilis etiam absq; dubio. Ve-
rum nouit bonus & sapiens dominus, om-
nia operans in omnibus, quid quoquis tem-

A 2

pore, & cum quis uestrum, atque adeò
cum ecclesia sua, quam regit & diligit, insti-
tuat. Is orandus est uobis sedulò, ut opera-
rios fideles extrudat in messem suā, aliūq[ue]
uobis Lascum, aut pro uno plures La-
scos submittat, quos spiritu suo donet, per
quem confirmati, ecclesias Polonicas re-
cta ad Christū perducant, et ab omnibus se-
ctarijs tueantur. Certe nunquā potest Chri-
stus, qui est fidelis & uniuersalis ecclesiæ
suæ pastor, suam deserere aut negligere ec-
clesiam, quam suo redemit sanguine & sibi
curæ esse toties & attestatus est & etiā com-
probauit. Quantum uero Christum Iesum
dominum nostrum unicum ecclesiæ suæ a-
pud patrē mediatoře attinet, de quo quid
sentiamus, paulò copiosius explicemus,
rogatis, ut ipsa Stancaro, docēti Christum
iuxta humanitatem duntaxat esse mediat-
orē, opponere possitis, hæc à nobis habete.

Christus Ie-
sus una indi-
uisa perso-
na.

Christus Iesus est una persona, in qua
duæ naturæ subsistunt, adeò inter se se con-
iunctæ, ut nullo modo à se inuicem sint di-
uellendæ. Omnes itaq[ue] Christi actiones hy-
postasi seu personæ debent attribui: quia
duæ naturæ non seorsim & per se subsistunt,
neq[ue]

neq; separatim agunt, quasi hæc dicatur ali-
quod certum opus efficere, altera uero ali-
ud. Ut itaque unam habent hypostasim uel
existentiam, ita omne opus Christi cuius-
cunq; generis fuerit, ipsi personæ siue hy-
postasi ascribendum est. Interim duarum
naturarum, quæ in Christo sunt, proprieta-
tes, distinctas, integras et impermixtas con-
seruare oportet, ita ut nullo pacto confun-
dantur. Vnde cum Christus natus ex Ma-
ria uirgine, uulneratus, mortuus & sepul-
tus in cœlū sublatus dicitur, omnia hæc ipsi
personæ, in qua sunt duæ naturæ, assignan-
tur: uerum non quæ Deus, sed quæ homo
fuit. Ista enim mutationes & passiones na-
tura diuina minime admittit. Rursus cum
dicitur, Christus est creator cœli & terræ.
Antequam Abraham fieret ipse erat, imò
ab æterno est, & ubiq; est, intelligenda hæc
sunt de persona seu hypostasi, attamen quæ
deus est, non quæ homo. Quoniam creatæ
naturæ ac finite illa non conueniunt.

Dum ergo queritur, quomodo Christus
inter nos & deum sit mediator. Dicimus,
quatenus deus et quatenus homo: quia me-
diatoris personā par est, utriusq; nature par-

Quomodo
Christus in
ter deum
& nos sit
mediator.

ticipem esse : ita ut duo extrema in eodem
individuo, uel in eadem persona conueni-
ant. Quocirca in opere sequestris , una na-
tura ab altera non est diuellenda . Hæc ge-
neratim dicta sint ; at cum uaria sint media-
toris opera , ideo seorsim de illis quoq; est
dicendum.

Mediatoris
opera.

Primum fuit mediatoris , tempore con-
stituto nasci , mori , sepeliri , surgere , ascende-
re in cœlum pro nostra salute . Hæc perso-
nae opera fuerunt , sed quatenus erat homo ,
ita ut nihilominus ratio naturæ diuinæ nō
excludatur . Nam quod hæc facta summo
pere deo placuerunt , & pro nostra redem-
ptione patri accepta fuerunt , id ab excellen-
tia diuinitatis , quæ fuit in Christo , dimana-
uit . Et ideo nec in angelo , nec in quouis
homine alio opera tantæ dignitatis reperi-
ri poterat , quæ deo tam grata fuerint : quia
neque cum angelis neque cum cæteris ho-
minibus natura diuina coniuncta fuit in e-
andem personam , ut in Christo fuit unita .
Opus item mediatoris est , illustrare homi-
num animos , immittere sanctum sp̄ritum ,
immutare corda , uiuificare , beatos nos fa-
cere , & licet absit corpore , suam ecclesiam
regere

regere, adunare, liberare, tueriç. Ista quoque sunt personæ Christi, sed quatenus deus. Quoniam ad hæc non est necesse, ut mediator noster instrumento humanitatis utatur. Quin etiam ante incarnationem Christus hæc faciebat inter ueteres patres. Et nunc dum à nobis corpore absens est, & se det in cœlis ad dexteram patris, nobis qui uersamur in terris talia præstat: nec tamen quo ad omnia beneficia uel ante incarnationem uel post ascensionem danda, non habita est ratio naturæ humanæ: quia & modò filius dei in cœlis hæc bona largitur nobis: quia passus est & mortuus & obediens deo usq; ad mortem crucis: cuius obedientiæ & sacrificij fide iustificamur, uiuificamur & glorificamur. Ante incarnationem uerò idem filius dei, homines illuminabat, docebat, & unà cum eis uersabatur, qui tamē opportuno tēpore passurus erat & crucifigendus. Cui sacrificio dum sancti patres fideliter credebant, salutarium beneficiorum capaces reddebantur. Quocirca recte dicitur, Agnus immolatus ab origine mundi, quod fructus eius mor-

tis etiam ad ueteres patres dimanarit. Haec fermè sunt rationes, quibus adducimur, ut Christum mediatorem prædicemus quo ad utranque naturam, id est tam diuinam quam humanam.

*Communi-
catio idio-
matum,*

Hinc etiam sit, ut cōmunicationē idiomatum siue proprietatum utriuscq; naturæ in Christo, secundum testimonia diuinarū literarū agnoscamus: quia cum in una ea demq; hypostasi seu persona illæ duæ naturæ conueniant, facile fit, ut quod de una dicitur, de altera quoque prædicetur. Quo circa deus & mortuus & crucifixus dicitur, & filius hominis fuisse in cœlis, cùm in terris degeret: & extitisse ante quam Abram esset. Constat autem ueritas harū sententiārum: quia cum eæ actiones personæ sint, in qua duæ naturæ coniunguntur, proprietates earum, quæ manent integræ, saluæ, ac impermixtæ, quod ad rem attinet, in sermone facile permutantur.

*Quomodo
intercedat
filius apud
patrem.*

Si queratur, quomodo Christus intelligatur intercedere uel aduocatum agere ac rogare patrem, quod item est opus mediatoris: potest ex dictis facile respōderi, Christi personā hoc facere, sed quatenus homo, non

non tamē ita ut natura diuīna excludatur. Quoniā dignitas illarum precum, & quod sint apud patrem adeò gratiōsae atq; acceptae, fluit ex naturae diuinæ excellentia, que in Christo cum humana coniuncta est. Deinde non intelligimus Christū ita precari, ut prostratus iaceat supplex coram patre, uel aduoluatur ad eius genua, cùm scriptura testetur, illū sedere ad dexteram patris: sed orare dicitur, quatenus pater in eo sacrificium oblatum in cruce, perpetuò recognoscit & gratum habet, ad nostram salutem. Hic possumus iure dicere sitam esse uim precum. Præterea sciendum, uerbum ἡλυγόνευμα quo scriptura utitur, nō esse tantum precari, sed etiā patrocinari cuiquam, illum tueri & defendere. Quod si Christus nobis præstet, etiam quo ad naturam diuinam, ea de causa patre minor non redditur. Ad hæc non semper is qui rogat, eo minor est quem rogat. Nam Paulus dicit posteriore ad Corinth. 5. cap. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanquā Deo uos obsecrāte per nos. Rogamus pro Christo, reconciliemini Deo. Cum deus & Christus orant, & roganos ut reconciliemur,

an dicetur nobis minor: Absit. Nec æqua-
lis est, imò longe maior.

Locus Pau-
li 1. Tim. 2.
expositus.

Qui uolūt Christū tantummodo quo-
ad naturam humanā esse mediatorē, pro-
ferre solent, quod ad Timotheū habetur,
Mediator dei & hominū homo Christus
Iesus: sed facile est locum rectè accipere ac
interpretari. Dum hominem Paulus appellauit Christū, eundē simul Deum esse non
negauit. Nec apposuit T A N T V M , parti-
culam exclusiuam. Quare autē naturę me-
minerit humanę, causa duplex fuit: prima,
ne iste mediator existimaretur multum à
nobis distare. Adeò, inquit, propè est, ut
homo etiam esse uoluerit. Ambrosius su-
per eo loco testatur quām manifestissime,
Christum esse mediatorem, tum quo ad di-
uinam, tum quo ad humanam naturam.
Altera uerò ratio est, Apostolum respexi-
se ad ea quæ uolebat attexere, nempe istū
mediatorem semetipsum tradidisse pro o-
mnibus: ideo tantū meminīt hominis.
Quia secundum naturā humanam pro no-
stra salute mortem oppetiit.

Quærūt adhuc, apud quē Christus media-
toris officio fungat: Dicere possumus co-
ram

ram patre, ut scriptura frequenter loquit.

In ihs quę hactenus dicta sunt, id cumpri
mis cauendū est, ut et si opera Christi con- Propriet-
cedamus esse personæ, in qua sint duæ na- tes natura-
turæ insitæ, quas nunquā à se inuicē diuel- rnm manet
lere oporteat, non tamen afferamus am- impermit-
bas naturas propter cōiunctionem in ea- xitæ.
dem hypostasi, æquè patere ac diffundi.
Quocirca diuinam damus, ut infinitā, esse
ubiqz: quod humanæ conuenire non po-
test. Nam illi ex proprietate sua certus de-
betur locus & definita circumscrip̄tio.

Cæterum si Stancarus ex nostris libr̄is
aliquid decerpit, quo nos ostendat à se sta-
re, in eo tam se quām alios fallit. Sed quæ
loca ex nostris Commentarijs arripiat, si
nobis à fratribus demonstretur, ea facile
poterimus explicare: ita ut ueritati, non au-
tem mendacijs aut perturbationibus eccl̄
siarum seruire intelligant.

Ex his autē omnibus quæ hactenus ex-
posuimus, facile intelligitis patres & fra-
tres obseruandi & dilecti, nobis displicere
non posse Confessionē illam uestram mis-
sam ad nos, & de mediatore Iesu Christo
deo & homine scriptā. Pergite sic docere

ecclesiæ uestræ fidei creditas, ac Stancarū cum sectarijs similibus auertere ab eis, & accipietis benedictionem à Domino.

Quod reliquum est, hortamur uos fratres, ut cōstantes sitis in prædicanda & defendenda syncera doctrina Euangelij, & ne metuatis uobis ab ullo homine. Dominus, cuius causam agimus, Dominus est omnīpotens & uniuersorum, qui inuocantes se nūquam deseret. Orate ergo Dominum sedulò, ut per eius gratiam, uirtutem & auxilium fructus permultum ipsi possitis adferre, & ipsi per omnia in Christo Iesu Domino nostro placere. Dominus Iesus seruet uos inculpatos in diem illum. Orate pro nobis Dominum, & amate nos uestrī certè amantissimos. Datae Tiguri in primaria Heluetiorū urbe Maij XXVII. Anno domini M. D. L X.

Pastores, concionatores, &
Professores, ministri ecclesiae Tigurinæ, &c.

AD MAGNIFICOS

Q VOS DAM NOBILES IN PO-

lonia uiros , ministrorum Tigurinæ Ec-
clesiæ Epistola posterior , in qua
prioris negotium plenius
explicatur.

SCRIPTIS MVS aliâs, Generosi-
ac Magnifici uiri, Dominiq; in
Christo colendissimi, ad fratres
nostros, & ministros ecclesiæ Po-
lonicæ, quæ nostra sententia esset de media-
tore Iesu Christo, cùm ea de re magno stu-
dio atq; anxiè nos consuluisserent. Id officij
cū impulsu atq; suasu charitatis bona fide
præstitterimus, nunc tandem intelligimus
responsum nostrum à nonnullis male arro-
di, & in malam partem, ne in pessimam di-
xerimus, accipi:ceu ex ea nostra professio-
ne deprehendamus Ariani, Eutychiani,
quiq; non credamus unum esse deum, sed
tres deos constitutamus, uelimusq; patrem
& filium, & spiritū sanctum à se diuersos
esse, non autem eiusdem naturæ seu essen-
tiæ, necq; inter se sese δμοσοις & æquales. Fin-
gimur præterea duas in Christo naturas

confundere:nec non cū Sabellico, atq; Sa-
mosateno distinctionē personarū in sacra
Triade abolere. Si hęc intolerabilia dogma
ta ex nostris literis ī colligunt, ad quos eas
dedimus, id satis mirari nō possumus, cūm
illi, ut ex eorum confessione apparet, eadē
quæ nos profiteantur:nempe, simul etiam
cum humana diuinam naturam ad functio-
nem mediatoris concurrere. Sin uero illo-
rū aduersarij de nobis criminā tam atrocia
& nefaria cōfingere nō uerentur, illi ab ījs
facile confutari poterunt, qui aliquando
præsentes audiuerunt, quæ doctrina in no-
stris ecclesijs, scholis atque librīs, perpetuō
sonet.

*Quid mis-
nisti Tig-
rinæ eccles-
iae doceant
de adoran-
da Trinita-
tis, & incar-
nationis do-
minice my-
sterio.*

Nos enim ut sentimus, ita prædicamus,
docemus, & scribimus, tres esse diuinæ
personas, Patrem, Filium, & Spíritum san-
ctum, consubstantiales, æquales, & eiusdē
essentiæ, utq; sunt eiusdē naturæ, ita etiam
unam uoluntatem habent, & operationē,
quod tamē accipi uolumus incolui per-
sonarū proprietate:non enim Filius gene-
rat, ut Pater, neq; Pater mittit ut Filius, ne-
quæ Pater & Spíritus sanctus, instar Filij
carnem humanā sumpserūt. Hic est de bea-
tissima

tissima Trinitate nostrarum ecclesiarum sensus atque professio. Vnde qui iactant erroribus iam enumeratis nos communicare secum, liquidò apparet, qua fide, quā ue conscientia id faciant. Nec minori sinceritate mysterium incarnationis defendimus, ponentes in Christo duas naturas, humanam inquam, & diuinam, inseparabiliter quam arctissimè coniunctas, ita ut in *ποσκεσι* filij dei, *λόγος* inquā æterni, hominis quoq; natura indiuulse gestet, & substēt. Nec tamen ob tam intimam coniunctionē duarum naturarū aboleri patimur, aut misceri, seu confundi earū proprietates. Personam quidā esse docemus à qua proficiscantur actiones, ne intelligatur duas naturas seorsim agere, quasi diuīsæ sint à se inuicem, quemadmodum Nestorius cōminiscebat, *τὸ ίφισάμενον*, uel (ut Latine dicatur) suppositum, unum est quod operatur, sed actio-nes ex eo dimanantes duum generum esse dicimus. Nam quādam tantūmodo in natura humana locum habere possunt, ut esurire, sitire, fatigari, pati, uulnerari & mori. Aliæ sunt è diuerso, quæ naturæ diuinæ propriæ sunt, ut esse simul, eodemq; tempore

in cœlo et in terra, esse priusq; Abrahamus fieret, delere peccata, dare uitam æternam, mittere spiritum sanctum & alia huius generis. Quocirca plurimum à Monotheitis distamus: quandoquidem in Christo & duas uoluntates & duas actiones ponimus, retinentes attamen unitatem diuinæ ueritatis, cui natura humana de substantia virginitatis assumpta, non de cœlo allata, indiuise cohæreat. Hæc utiq; fides nostra est de incarnationis mysterio. Quocirca luce clarus est, nos de doctrina quā hactenus & predicauimus & scripsimus, nihil immutasse, retractasse, uel in hereses ullas trāsformasse. Quare uehementer & miramur, & dolemus, reperiri homines tam male feriatos, qui blaterēt nos Trinitatis arcana lōge magis nūc & multò rectius habere perspecta, & cognita quam prius habuerimus. Nos dei gratia ijdem sumus quoad orthodoxā fidem qui antea fuimus: cæterum etiam antiquitus heretici cum sua cōmenta rūdorisbus uellent obtrudere, iactabant, seu potius plenis faucibus mentiebant, illustres ecclesias secum facere, uirosq; doctrina & pietate clarissimos dogmatis ipsorum omnino

no suffragari. Pseudoapostoli, ut in libro Actorū habetur, sui fermenti de Mosaica-
tum ceremoniarū necessaria obseruatione
authores faciebant Iesu Christi primarios
Apostolos: nec aliter docere Hierosolymitā-
tanā ecclesiā, quę tunc omniū aliarū prima
erat, quam sanctissime affirmabāt. Sed cūm
ad conciliū uerē Apostolicū uentū est, re-
sponsum Apostolorū indicium certissimum
fecit, illos titulo ac nō eis cum Apostolorū
tum ecclesiæ Hierosolymitanæ uoluisse fi-
delibus astutè imponere. Ita modò spera-
mus dei gratia fore, ut hisce nostris literis
eorū mendacia, dolí, ac fraudes nō tantum
retegant, sed manibus etiā palpentur, qui
nos à recepta uetericę fide Trinitatis & in-
carnationis Filij dei recessisse contendunt.
Quod falsum esse, ut adhuc euīdētius ostē-
datur, nostras ecclesias testāmur unanimi
ac firmo cōsensu tria symbola Nicenū scili-
cet, Apostolicū, & Athanasij amplecti: hoc
uno nimirum nomine, quod literis diuinis
pulcherrimè cōgruant. Recipimus itē con-
cilium Nicenū, Cōstantinopolitanū, Ephe-
sinū prius, & Chalcedonense, nec nō quin-
tam & sextā Synodū, quatenus de beatis-

sima Trinitate, incarnatiōe Filiū dei, ac redēmptione humani generis per ipsum parēta decreuerunt, quod nobis cōpertum sit, nihil ibi uel definitū uel constitutū, quod à scripturis diuinitus reuelatis nō doceatur.

Iam(ut opinamur) uiri Nobilissimi, satis factū est priori uestræ interrogationi, qua petiūstis enīxè à nobis, an de summa Trinitate, atq; incarnationis mysterio nūc aliter sentiamus, q; prius credidimus & docuimus. Quāobrem iure possumus ad po-

**Quid de
mediatore
sentiānt Ti
gurinæ ec^s
clesiae mini
stris.**

sterioris interrogationis respōsum uenire, quo sciscitamini quidnā de mediatore Christo Iesu domino nostro sentiamus. Cæterū cùm de ista causa iudiciū nostrū iam ad charissimos, plurimūq; obseruandos in Christo fratres & symmyistas, qui Polonicarum Ecclesiarū pastores agunt, dilucidè scripse rimus, liceret fortassis à noua responsione supersedere; sed quia Christiana charitas omnia suffert, ideo non pīgebit de tota re de nuò respōdere. Ad quod faciendū nos etiā id hortatur, quod uos eius responsi maximè cupidos esse animaduertimus. Nam ex uestris usq; regionib; à nobis longissimē dissitīs, hūc legastis Christophorum Leo politas

politanū, qui causam, propter quā est mis-
sus, & sedulō & fideliter egit, ut nostrā sen-
tentiam de ista controuersia diligenter co-
gnosceret. Quocirca ne sumptus & opera
simul perierit, omnino respondendum esse
duximus. Ut autē res magis apta & per-
spicua fiat, omnia quæ dicenda sunt, in tria
capita distribuemus. Primum demonstrabi-
tur Iesum Christū esse mediatorē secundū
utrāq; naturam, diuinam scilicet & huma-
nam. Secundo loco planū faciemus, nullas
hinc hæreses dīmanare. Postremò hanc Pa-
trum & Ecclesiæ sententiam fuisse docebit.

Propositio
argumentū
uel parti-
tio Episto-
lx.

Est itaq; (ut primū caput iam persequa-
mur) Christus mediator secundū utrāq; na-
turam. Quod ut probemus, de humanitate
minimè laborabimus: quoniā Stācarus ibi
nihil dubitat, sed eam solā cōtendit media-
toris proprietatē sublinere. Vnde restat ut
naturā diuinā unā cū humana esse media-
tricem ostendamus. Verūm antea id præ-
fandū est, geminas has naturas, ad mediato-
ris officiū exhibendū, nō separatim, sed cō-
iunctim esse accipiendas. Nā si earū utrāq;
seorsim consideres, neutra mediatorē præ-
stat. Quid enim humana per se faciat? Ad

tantum opus minimè sufficit. Diuīna ītem
īn seipsum passionē, dolores, fusionē sanguī
nis, & mortē non admittit. Quare necesse
est ad mediatorem constituendum, ut am-
bæ unā coniungantur.

Dei Filius
etiam me-
diator ante
incarnatio-
nem.

Sed quærít, An Filiū dei, ut est in Trīni-
tate secūda persona, recipiamus prius fui-
sse mediatorem, q̄ ex B. Virgine carnē assu-
meret? Dicimus, Id ei nō cōuenire quate-
nus est eiusdē essentia, parisq; potestatis ac
dignitatis cum Patre. At si eum spectemus
quatenus olim à Patre mittēdus erat ut ho-
mo fieret, laboraret, pateretur, & mortē op-
peteret in carne pro salute hominū, etiam
tum hoc respectu adhibito mediator fuit.
Nec quod ad Deū Patrē attinet, cui omnia
futura sunt præsentia, quicquā eius intere-
rat, essent' ne facta hæc, an facienda; nā quæ
præstanda erāt, non minus habuit grata &
accepta, q̄ si iam præstita essent. Quamob-
rem hoc respectu Christū antē incarnatio-
nem mediatore fuisse dabimus, & eo nite-
mū oraculo, quod in epist. ad Hebr. extat,
Christus heri & hodie, idemq; usq; ī seculū : necnon illo quod in Apocalypsī ha-
bet, Agnū usq; ab origine mūdi fuisse occi-
sum

sum. Proinde in Filio Dei, cum illū ante hominē assumptū cōcedimus fuisse mediato-rem, duas naturas unā coniunctas atten-dimus, non quod re ipsa tum simul essent, sed q̄ in Dei notitia & acceptatione pro cō-iunctis, & copulatis haberentur. Nec aliter in ueteri Testamento fide patrū appre-hendebat, nisi quā Heuæ semē, quo serpens at-terendus erat, et quā semen Abrahæ, in quo essent benedicendæ uniuersæ nationes, & tandem quā filius Dauid, qui esset in perpe-tuum regnaturus, ita tamē ut prius uictima fieret pro generis humani salute. Atq̄ illū ista fide apprehendendo sub utraq̄ natura iustificationē seu condonationē peccatorū assequebant. Quāobrem mediatorem siue ante incarnationē siue post illā spectemus, in eo diuinā personā Filij dei nudā, ac per se minime cogitabimus, utq̄ deus per filiū creasse mundū scribit, ita p̄ eum, ut media-tor ante omnē æternitatē destinatus erat, charismata, gratiā & iustificationē in suos electos patriarchas & prophetas deriuabat. Hęc präfari libuit, ut intelligatur q̄modo nobis cōstare possit, Filii dei fuisse media-tore ante incarnationē, cum ad hoc obeun-

dū officiū posuerimus regri utrāq; naturā.

A ratione
mediatoris
non est re-
mouenda
Christi hu-
manitas.

Nunc restat ut demonstremus, diuinita
tem Christi à ratiōe mediatoris nō esse re-
mouendā. Nostra ratio sic est. Ad recōcilia-
tionē generis humani cū deo, nō satis erat
Christū laborare, fatigari, pati & mori, sed
oportuit hæc eius opa tam præclara, excel-
lentia, eximia, & gratiosa esse, quò deus illa
suo beneplacito cōplete retur, & quemad-
modum scriptura loquitur, ceu suauissime
olentia odoraretur: tāta uero dignitas à na-
tura humana præberī non poterat, nisi di-
uinitas eam suppeditasset. Visa etiā fuisse
inanis & supuacanea unio illa hypostatica
duarū naturarū, si humanitas per se ipsam,
dummodo ei deus tanquā adiutor adfui-
set, omnia redēptionis officia potuisset
obire. At non ita factū est: sed uoluit deus
naturā humanā in diuina persona gestari,
quo inde passiones Christi succum dignita-
tis & excellentiæ haurient, non ueluti ab
externo fonte seu radice, uerū ut à basi
atq; hypostasi, in qua natura humana, quæ
patiebatur, inserta esset. Notandum præte-
rea est quod scribitur ad Hebr. cap. 10. San-
ctificati sumus per oblationē corporis Iesu
Christi: nā apparet ex ijs uerbis opus utri-

usq; naturæ, nē pe corpus Iesu Christi fieri
victimā, sed talē utiq; victimam, ut inde san-
ctificemur. Mactari quidē, facile potest cre-
aturæ cōuenire, sanctificatio uero tātūm à
deo pficiscitur. Cūq; tam hoc, q; illud opus
ad mediatorē ptineat, necesse est utrāq; na-
turā illi attribuere, neq; radix à truncō seu
fructu est auellenda. Mediatoris itē est, pur-
gationem peccatorū facere, ut ex Paulo ad
Hebr. elicit, at dei solius est expiare ac tol-
lere peccata. Quare nostrū hūc mediatorē
oportuit esse deū, et Ioā. de illo rectē dixit,
Ecce agnus dei, ecce qui tollit p̄ctā mūdi:
& angelus, Ipse saluū faciet populū suum à
p̄ctis eorū. Quis aut̄ ignorat deū esse opor-
tere, qui peccata condonet: Idcirco si hēc
op̄a sunt mediatoris, ut sunt, ad eius obeun-
dam functionē diuinitatē cōcurrere opor-
tet. Est etiam mediatoris, hoīes oīm hostes
recōciliare: at hoc non fieri citra diuinita-
tis operā demōstrat Paulus, cūm ad Cor. di-
cit, Deū in Christo fuisse recōciliantē mun-
dū. Deus aut̄ ipse λόγος erat, cuius hyposta-
sis in Christo naturā humanā substentabat.
Deinde ad Hebr. 9. legit̄, Christus qui p̄ spi-
ritū aternū seipsum obtulit īmaculatū deo

purgabit conscientiam uestrā à mortuarīs operibus, ad seruiendū deo uiuēti. Hic rur sus liquidō extat opus utriusq; naturæ. Nā p spiritū, qui est natura diuīna, Christus ob tulit suum corpus : inde tāta illius uictimæ gratia & dignitas, ut cōscientias credentiū ab opibus mortuis purgarit. Quis prēterea nō intelligat, ut par & equū sit in psona me diatoris utrasq; partes lītigantiū haberī con iunctas? Nec potest natura humana, si p se spectet, iram dei aduersus grauissimā & in numera peccata substīnere, nisi à diuinaro būr, cōstantia & fortitudo in eā deriuaret. Sed nos minime latet qd aduersarios fallat. In mediatore tātūm respiciūt psonā patien tē, eiusq; dolores ac mortē: at prēter hēc spe cōtāda est etiā psona uictrix, quæ cūm in sua natura humana, tūm in nobis mortē uicit. In pmissione quippe de mediatore nō tantūm deus pollicet semē Heuę, qd ad naturā humanā pertinet, sed cōtritionē capit is ser pētis, quę uim excedit creaturę. Ideò iuxta pmissiones datas, in mediatore utrāq; na turam ponimus. Mediator ad hēc sacerdos cōstituit ad Hebr. qui cōeleste tabernaculū penetrauerit : id aut̄ Christo non cōuenisse quā

quà homo fuit, omnibus puto euidentissimū esse. In terris quippe uersantur humani sa-
cerdotes, non ascendunt ultra cœlos.

Tot itaq; probatū est rationib. utrāq; na-
turā ad mediatoris functionē concurrere. Ad argu-
menta Stan-
cari respon-
detur.
ut nullus locus ambiguitati restet. Vtq; ap-
paret, Stācarus ijs argumētis obrutus, fin-
git naturā diuinā posse(ut loquitur)autho-
ritatiuē mediatrixē uocari, quod tanquam
author & causa primaria, Christum quo-
ad naturam humanam incitarit, mouerit,
ad laborandum & patiendum, illumq; in
tormentis corroborarit. Sed cōsiderare de-
buit, non esse disputationem institutam de
causa efficiēti externa, cuius humanitas ho-
spitium uel templum fuerit, ut Nestorius
imaginabatur. Agitur hic de filio dei ut est
suppositū, psona uel Hypostasis in qua na-
tura humana substentatur et regit, estq; pre-
cipua, & melior pars ipsius Christi. Et quā
uanum sit istud commentum, ex eo appa-
ret, quod suam sententiam explicans, eam
naturam diuinam, quam dat utcunq; medi-
atricem, non uult solam esse filij personam,
sed patris & sp̄ritus sancti: nam illos quoq;
secundum hanc rationem statuit esse me-

diatores. Verum quod ego sciam, numquā fuit uel dictum in ecclesia, uel scriptum in diuinis literis, patrem & spiritum sanctum esse mediatores. Pergit adhuc se se magis aperiendo, aitq; naturam humanam nil fuisse prefecturā moriendo, nisi efficacia uel efficientia Trinitatis interuenisset. Nihil agimus, quia idem omnibus creaturis usū uenit: nihil enim in suis motibus, aut actiōnibus promouerent, nisi energia seu effica cia Trinitatis illis aedesset. A nobis (ut iā dīxi) tractatur hoc loco de hypostasi seu persona diuina, ex qua operibus redemptoris, quæ per humanitatem exequutioni dabantur, accessit coram deo magnifica gratia, & excellentissima dignitas. Neque id nos perturbat, quod aiunt, naturam diuinā idcirco à functione mediatoris excludendam, quia non minus à nobis distat quam pater. Nam si connexio hæc ut iusta & firma recipiatur, concludere itidem poterimus, nec humanitatem quidem substinere posse mediatoris officium, cum æque atq; nos distet à deo. Omnis enim creatura, que cunq; illa fuerit, à deo infinita distantia est remota. Quamobrem cum Christus, quatenus

nus homo est, creaturis annumref, licet permultis prærogatiuis sit ornatus, à deo tamen infinito spatio distat. Neque uidetur iusta & firma ratione concludi, si cum de naturis agatur, ad proprietates & conditio-
nes delabamur. Habet quidem Christus, ut homo est, gratiam non ea mensura, qua cæ-
teri homines. Et nihilominus eius natura humana, cùm facta & creata sit, à deo infini-
ta distantia recedit. Nec dissimilis erit ratio de persona filij dei, ut est secunda hypostasis in Trinitate. Nam hoc pacto considerata, non minus à nobis remota est, quam pater, & sp̄ritus sanctus. Verùm si conditiones ei addas futuræ missionis, assumendæ car-
nis, futuræ passionis & mortis, iam ad nos homines, magis quam pater & sp̄ritus san-
ctus accedit. Quocirca tam poterit esse me-
diator ut deus, quam ut homo. Nam ut cæ-
teros homines prærogatiuis & gratia su-
perat, ita uicissim quibusdam conditioni-
bus & proprietatibus ornatur, quibus ma-
gis quam pater & sp̄ritus sanctus ad nos homines ac fratres suos accedit. Possem alia permulta subiçere, sed his uolo esse con-
tentus, quib. líquido probatum existimo,

mediatoris officium non sola natura humana , sed etiam diuina constare , cum radix atque origo non sit ab externis redemptio nis operibus abiungenda.

Nullas hæ-
refes elici-
re ex eo quod
Christus di-
citur media-
tor secun-
dum utram-
que naturam.

Nunc demōstrādū superest, ex dogmate iā exposito ac demonstrato, nullas hæreses elici quæ à nobis occulte foueantur uel manifeste defendantur. Primum, quoad tres personas diuinas in Trinitate, illas fatemur æquales, consubstanciales & increatas. Non facimus Filium quo ad naturam uel essentiam Patre minorem. Tres deos non predicamus : imò id ut blasphemum atq; impiū detestamur. In una hypostasi diuina duas naturas amplectimur , īdiuulse coniunctas. Nec diuinitatem uel passam uel mortuam dicimus : quamuis excellentiam, dignitatem , & egregium meritum doloris passionis & mortis domini ex natura diuina fluxisse doceamus . Dominus quidem mortuus est , sed iuxta id quod mori poterat. Deum tamen glorię natum ex uirgine, passum , & mortuum confitemur, quia illa persona quæ deus erat, suo tempore nascetur , patiebatur ; & cruci affigebatur. Nec aliunde oritur hæc id: iωμάτωγ seu proprie-

prietatum communicatio, nisi porro quod
duæ naturæ, diuina & humana, in una per-
sona intimo & arctissimo nexu copulatur.
Quid obsecro hic est haereses? quid flagi-
tij: quid blasphemie, ut cœlū terræ miscere
oporteat? Quod orthodoxi patres, & ca-
tholica ecclesia de Trinitate, atq; filio dei,
& duab. naturis Christi in una persona con-
fuctis prædicat, nos itē fatemur, quia uero
tantū Stancaro negamus, naturā diuinā ex-
cludēdā esse ab opere mediatoris, nō puto
nos ob id tanquā hæreticos esse dānandos.

Hæc generatim dicta sunt: iam comi-
nus est agendum. Si natura diuina, inqui-
unt, cum humana fiat unā mediatrix, filius
à patre distinguetur essentia. Quid ita?
Quoniā, aiūt, quorū diuersa opera fuerint,
essentiæ quoque sunt diuersæ. Nemo autē
dubitat distare à se plurimum placare, quod
facit mediator, et in gratiam recipere, quod
facit deus erga peccatores, qui se offendie-
rāt. Diuersa item sunt persoluere pretium,
quod est redemptoris, & nomen expunge-
re, quod ad creditorem pertinet. Ergo, in-
quiunt, istorū unū ad naturam humanam
pertinet, alterum uero ad diuinam, cùm o-

pera quæ sunt diuersa, naturas item diuersas requirant, à quibus proficiscantur. Vos autem patri & filio hæc tam diuersa tribuitis. Estis igitur Ariani, qui patrem & filium natura, seu essentia differre statuatis. Postest facile cognoscere prudens lector, nos hæc monstra non profiteri, ut qui liquidissimis uerbis testemur, ne dum filium cum patre, sed omnes tres personas eiusdem esse naturæ. Istos errores Stancarus, nostra dicta detorquens suis male sartis atq; consutis illationibus, consequentijs, & ratiocinijs, peruerse concludit. Consideret itaque naturam diuinam in Christo non subire officium mediatoris, nisi quatenus est carni coniuncta, siue re ipsa, ut post incarnationem usu uenit, siue illius respectu, quatenus ad hominem assumendum ante omnem æternitatem destinata erat, & mittenda suo tempore, ad nostræ salutis munia per naturam humanam obeunda. Quæ coram deo semper fuerat præsentia, licet quo ad tempus longissime distarent. Manet igitur inter patrem & filium essentiæ unitas, uerum conseruatur distinctio personæ cū diuersitate proprietatum. Nec filius, quando me-

do mediato rem agit, simplex & nudus accipitur, sed naturae humanae uel re ipsa, uel respectu, & diuina predestinatione coniunctus. Neq; quod assumitur, uerum est in universum, Diuersas esse naturas, quarum opera diuersa fuerint, quoniam filius mittitur, pater autem non mittitur, sed mittit. Filius carnem assumit, cuius pater & spiritus sanctus expertes manent. Non itaq; illa per petuò separantur ab eadem essentia, quae varijs actionibus ornantur. Sed hec mitto, ad illam rationem descendens, qua nos putant non tantum premi, sed opprimi.

Inter cetera, inquiunt, mediatoris opera Quomodo
Christus in
tercedat. est, pro afflictis & ærumnosis precibus intercedere; non potest autem naturae diuinæ adscribi ut oret, quādoquidem supra se neminem habet, cuius animum precibus uult flectere. Ad hæc primum dicam, diuinitatem nudā per se ac simpliciter non orare, atq; addā, preces, modò propriè accipiuntur, cum subiectione, gemitu, ac sollicita expectatione seu anxietate, nō dei, sed creaturarū esse. Vnde Christus propriè atq; complete orauit, quo ad humanitatem, sicuti etiam quo ad illam passus est, & mortuus, nec ta-

men ab illis precibus diuina persona seu hypostasis est remouēda, cum illæ, quod a pud deum essent gratiōse, nec non dignissimæ ut audirentur, patrēq; nobis placarent, & uitam æternam obtinerent, id hauserunt ex diuino supposito, quod per naturam humanam eas expreſſerat. Illud autem non intelligimus extrarū efficens, quod tota Trinitas fuerit, ut somniauit Stancarus. Sed ipsam personā uel hypostasim filij dei, quæ naturam humanam, per quam preces fundebātur ad patrem, secum unitam individualiter gestabat. Nec mirum si ab illis precibus non remouemus naturam diuinam, cùm ab ea gubernarentur, & inde omnem suam uīm ac robur acceperint, nō quidem, ut dictum est, tanquam ab externo principio, sed uelut à propria & intima origine se uera dice. Iam hinc liquet, personam filij dei ob illas preces, minorē patre suo minime reddi, neq; filium & patrem uel duos deos, uel essentia diuersos ostendī.

An filius
dei oraue-
rit pro ec-
clesia an-
te incarna-
tionem.

Cæterum si queratur, An filius dei ante incarnationem pro ecclesia orauerit: Respondemus, filium posse dīcī orasse, quoniam preces, quas Christus post assumptā carnem

carnem erat fusurus, ante omnem æternitatem in conspectu dei uersabuntur, iscp illas tum audiebat, tum ut gratissimas & acceptissimas amplectebatur: & sicut cedes agni ab origine mundi facta scribitur, ita & precies iam tum effusæ, quoad paternam acceptionem, fuisse dici possunt. Nec etiam dubitandum est, illud sacrificium agni locum & efficaciam precum uehementissimarum habuisse, ut modò habet, quando iam transactum est, atque perfectum. Sed cum de precib. iam dictum sit, uidere oportet quid oporteat regerere Stancaro, cum de sacerdotio seu pontificatu Christi conatur natu-
 ram diuinam excludere. Locus Apostoli ad Hebræos illi est opponendus, quo sacerdotium domini secundum ordinem Melchi-Zedechi propterea esse dicit, quod absque patre & absq; matre fuerit. Porro ijs uerbis utracq; natura comprehenditur: nam quo ad humanam, patre caruit, quo uero ad diuinam, sine matre gignitur. Cum itaq; in Christo pontifice, apostolico testimonio usque natura coniungatur, quo ore Stan- carus diuinam inde remouet: Nō habuit, inquit, uerbum, id est, secunda persona Trini-

Natura di-
 uina non ex-
 cluditur ex-
 pontifica-
 tu Christi,

tatis, quid offerret. Quasi sacerdos ad mas-
nū semper habeat quod offerat: satis est ut
illud ei tempore oblationis cōmodo non
desit. Item filius dei quā mediator erat ex
respectu missionis & prædestinationis ad
carnem in tempore sumendam, oblationē
quam offerret opportuno tempore habitu-
rus erat. Vnde patri dicit, sacrificiū nolu-
sti, corpus autem aptasti mihi. Deinde in
ipsa oblatione cum sacrificium totam suam
dignitatem meritum & gratiam ex natura
diuina, in qua corpus & anima Christi sub-
sistebat, habuerit, quæ temeritas est, hæc
duo à se inuicem abiungere? Quæ tam be-
ne coniuncta sunt, nemo dilaceret. Totum
uolumus Christum, totumq; mediatorem:
dimidiato non sumus contenti. Nulla hic
suboleth hæresis. Non confundimus perso-
narum distinctionem, ut Sabellius & Sa-
mosatenus. Filium patre minore cum A-
rio haudquaquā facimus. Eutyches nihil
habet cōmercij nobiscum: quandoquidem
in Christo duas naturas in eadem hyposta-
si profitemur copulatas, & suis nihilomis-
nus proprietatibus distinctas. Videat itaq;
Stancarus, qui nostram sententiam uult gra-
uare

uare suspicione hæreseos, ne ipse interea iure conuincatur Nestorianus, à quo tam parum abest, ut difficillimum sit eum ab illo internoscere. Sed hac de re plura uerba non faciemus. Istud tantum nunc restat, ut patres & ecclesiā hoc sensisse, quod nos docemus, quām breuissimè demonstremus.

Quid ecclesia de hoc dogmate senserit Patres etiā ita docuit. se de mediis tōre.
 & statuerit, quamuis ex multis locis colligi potest, attamen id in priori synodo Ephesina ubi ex professo contra Nestorium hac de re agebatur, manifeste ac liquido constat. Ibi canone 10. ad hunc modum scribitur: Si quis ergo pontificem & apostolum nostrum dicit factum non ipsum dei uerbum, quando caro factum est, & homo iuxta nos homines, anathema sit, &c. Sa- Synodus Ephesina t;
 tis hinc apparet, ecclesiæ pontificatum, quem Christus gessit, ad ambas eius natu- ras pertinuisse, diuinam inquam & huma- nam. Nam dei uerbum & apostolum & pontificem factum esse decernitur, & ne prætereatur natura humana, subiicitur, quādo caro factū est, & homo, &c. Verū quispiam fortassis hinc elicit, filium dei ante carnem assumptam non fuisse pontificem.

Id nō inficiabimur, si functionis exequitio
nem respicias: non enim ab æterno corpus
aptatum sibi habuit, quod offerret, uerū
sacerdos ac pontifex esse potuit initatus,
hoc est destinatus ad hoc, ut suo tempore
offerret quam assumpsisset naturam huma-
nam, satis aut̄ est ecclesiam in persona Chri-
sti mediatoris & pontificis utrunque natu-
ram coniunctam agnouisse. Ibidem Cano-
ne 13. Quia simul sunt diuinitas & huma-
nitas per arcanam illam ineffabilēmque co-
pulationis adunationem, sic dicimus Chri-
stum passum esse & resurrexisse, non quod
deus uerbū in sua natura passus sit, aut pla-
gas, aut clauorū transfixiones, aut alia uul-
nera suscepere. Deus nāq̄ incorporalis ex
tra passionē est. Sed quia corpus illud, qd
ipsius proprium factum est, hoc substīnu-
it, ideo hæc omnia dicitur passus. Inerat
ēm in eo corpore, quod patiebatur, deus,
qui pati non poterat, &c. In morte Chri-
sti, quæ ad officium mediatoris maximē
omnium pertinet, natura diuina non ita
subducit, ut à moriente separe, sed tātūm
à sensu dolorum, à mutatione atque inte-
ritu prædicatur immunis: ideo nec rectē
neque

neque ordine faciunt , qui à mediatore naturam diuinam subducunt . Irenæus illam in eo fuisse agnouit, sed uerbum in cruce scribit quieuisse, id est , non exeruisse uitam suam ad propulsandas iniurias , ut Christus tentari ac mori posset . Ex illo Ephesino concilio aduersus Nestorium coacto , multa possent afferri pro nostræ sententiæ confirmatione, sed compendio studentes, lectores ad acta eius concilij cognoscenda mittimus . Quod si quis dixerit, Stancarum quidem relinquere in Christo naturam diuinam , at docere non secundum illam, uerum tantummodo iuxta humanam factum esse mediatorem : Ad hoc respondemus , decreto illo , quod priori loco adduximus , id tolli , quo uerbum dei & apostolū & pontificem statuitur esse factum . Sed ex patribus apertissimè apprehendemus quæ sententia probata fuerit in ecclesia .

Irenæus libro 3. ita scripsit : Oportuerat Irenæus. enim mediatorem dei & hominum, per suam ad utrosque domesticitatem , in amicitiam & concordiam utrosq; reducere, & facere ut deus assumeret hominem, & homo

se dederit deo. Quia enim ratione filiorum adoptionis eius participes esse possemus, nisi per filium eam, quæ est ad ipsum, receperissemus ab eo communionem, nisi uerbum eius cōmunicasset nobis caro factum. Affirmat itaq; Irenæus, mediatorē esse oportuisse deum & hominem, ut nos per illum filij adoptionis efficeremur.

Chrysost. Venio ad Chrysostomum quia in animū meum non induxi, omnium patrum testimonia huc afferre, sed ea solum quæ magis perspicua & illustria fuerint. Homilia 7. super priorem epistolam ad Timotheum ita scribit: Id quippe mediatoris est proprium, utrorunque participem fieri, quorum fuerit mediator. Quod si unum quidem societate contingat, ab alio uero fuerit separatus, mediator iam dici non potest. Nisi igitur consors sit naturæ paternæ, mediator profecto non est, quippe cum à patris sit substantia separatus. Quemadmodum enim humanæ naturæ consortium accepit, quando ad homines uenit, ita à dei substantia non abscessit, quando à deo uenit. Nam quia duarum naturarum medius fuit, ambarum oportuit esse participem, &c. Et mox

mox: Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum deo colloqui, deus item solus mediator esse non posset, neque enim ipsum suscepissent hi, quorum mediator accederet, &c. Hæc tam perspicua sunt, ut luce non egeant. Neque abhorret idem pater, Filium dei appellare mediatorem, priusquam humanā carnem suscepisset. Scribit quippe in epistolam ad Galatas 3. capite, tractans ea uerba, Lex disposita per manus angelorum in manu mediatoris. Mediatorem autem hic appellat Christum, declarans quod is ante legem fuerit, ipseq; legem tulerit, &c. Et mox: Cuius igitur mediator fuit Christus? Clarum est quod inter deum & homines intercesserit. Vide quomodo etiam declarat quod ipse legem dederit, &c. Quomodo autem id sit intelligendum, secundam personam Trinitatis ante assumptam carnem mediatoris officium substinuisse, iam superius exposui. Nec dubitandum est, ut Irenæus testatur, uerbum dei semper ecclesiæ affuisse. Nam scribit Paulus ad Corinthios, malos patres in deserto Christum

tentasse, quem eundem uidit Isaías forma iudicis, ut Ioannes dilucidè interpretatur. Aderat quidem patribus unà Pater & Spíritus sanctus: attamen illa facta & loquutiones peculiari quadā ratione τῷ λόγῳ adscribebātur. Quodq; humana forma & specie nostri generis deus ueteribus se patefecerit, id filij dei adumbrabat incarnacionem, quatenus in carne olim ex diuino consilio ac predestinatione manifestandus erat.

Theophylactus.

Verūm ad alios patres non deflectā euocandos, priusquam Theophylacti audiatur suffragiū, qui Chrysostomi, de quo iam egimus, paraphrastē egit. Is eundem locum Pauli exponens ad Timotheum epistola priori cap. 2, inquit, Quod enim Christus deus sit, uel inde liquet, quod mediator sit. Mediator enim duorum quorundam medium est, ac utrorunq; debet esse particeps. Quia igitur Filius, dei & hominum mediator est, amborum est particeps, quippe qui deus sit et homo. Duæ naturæ, et idē tamē: uel duas naturas in se ipse complexus, neque deus nudus. Non enim suscepissent eum, inter quos debebat esse mediator. Ne que

que homo nudus & simplex : apud' deum enim causa agenda erat , &c. Hæc etiam Theophylacti dilucida interpretamenta sunt adeò plana , ut illis explicandis uideri possimus actum agere.

Ambrosius in eandem epistolam ad Ti^{Ambro-}
motheum eadem uerba exponens, ait, Vt^{sus.}
arbiter esset dei & hominum filius dei af-
sumpta carne homo natus est, ut mediator
dei & hominum homo esset Christus Ie-
sus, id est, non sine diuinitate , quia in deo
homo erat, & deus in homine , & ut ex u-
troq; esset mediator , & ut utrūq; reconcí-
liaret in se primum hoc fecit, &c. Is quoq;
pater in ratione mediatoris utranque na-
turam cōprehendit. Et Epiphanius in An^{Epipha-}
corato affirmat Apostolum, cùm dixit, V-^{nus.}
num esse mediatorem dei & hominum, ho-
minem Christum Iesum , non intellexisse
nudum hominem, &c. Quod eius dictum
causæ nostræ quam apertissimè suffragatur.
Et sane Paulus eo loco non tantum dixit
hominem, sed adiecit Christum, quem ne-
mo fidelium ignorat duplici natura consta-
re, cum diuina tū humana. Iesum etiā mox
apposuit, ut intelligeremus illum , de quo

loquebatur mediatorem deum esse, cū sim-
plex & purus homo seruare à peccatis &
morte nequeat.

Theodo-
tetus. Sed iam audiendus est Theodoretus in
eundem locum epistolæ ad Timotheum,
qui scribit, Quemadmodū qui duos quo-
piam manus inter se conserentes ac confli-
gentes uult reconciliare, se medium inter-
ponens, & hunc quidem dextra, illum ue-
rò sinistra tenens, ad amicitiam deducit, ac
coniungit, ita ipse cum diuinam naturam
humanæ unijsset, inuiolabilem & quæ dis-
solui non potest pacem conciliauit, si autē
(ut uult Arius & Eunomius) non est patris
substantiæ particeps, quomodo est inter-
cessor? Nobis enim unitus est: quoniam
quod ad humanitatem attinet, est eiusdem
nobiscum substantiæ, sed patri non itidem;
siquidem (ut illi uolunt) est ab eius substan-
tia separatus. Atqui eum uocauit interces-
sorem diuinus Apostolus. Ergo etiā patri
fuit unitus quod attinet ad diuinitatem, &
nobis similiter quo ad humanitatem.

Cyrillus. Cyrilus in evangeliū Ioā, cap. 9. Media-
tio igitur Mosis inter deū & Iudeorū popu-
lum mediationis Christi figura erat; sed illa
qui

quidē ministri modo adhibita, seruīlis fuit,
libera uero hæc Christi & mystica. Medi-
ator enim hominū atq; dei factus, uerè utra
que naturā attingit. Nam qui deus natura
est, & unigenitus dei filius non separatus à
substantia patris, sed ex ipsa & in ipsa, is ho-
mo etiā factus est, ut lōge à deo separata na-
tura hominū, per ipsum deo coniungatur.

Idem libro 12. Thesauri capite 10. ita scri-
bit. Rursum in eadem epistola. Vnus deus
& unus mediator dei & hominum Iesus
Christus, qui dedit semetipsum in redem-
ptionem pro omnibus. Mediator dei & ho-
minū Iesus Christus est, non solum quia re-
conciliauit homines deo, uerū etiā quia na-
turaliter & substantialiter & deus & homo
in una hypostasi est. Hoc em̄ modo natu-
ram nostrā sibi deus recōciliauit. Nam ali-
ter quomodo unū mediatorem Christum
Paulus dixisset? Multi enim sanctorū me-
diationis ministerio usi sunt. Et ipse Paul
clamat, Rogamus pro Christo, reconcilia
mini deo. Moses quoq; mediator fuit: mini-
strauit enim filijs Israel legē datā à deo. Me-
diator etiā fuit B. Hieremias, præcipue quā
do clamabat ad deum, Recordare mei stan-

tis coram te ad loquendum pro ipsis bona.
Quid multa? Singuli prophetarum media-
tores fuerunt, apostolorum quoque singuli.
Quomodo igitur unicus mediator dei &
hominū Christus est, nisi noua inauditaque
in alijs mediatio sua sit? Sed modum quo-
que perstringere non alienum est. Quod i-
gitur duo quædam sicut medium coniun-
git, ab utroque necessario tangitur. Et hoc
modo diuersa per medium coniunguntur.
Est autem Christus mediator dei & homi-
num, quia in eo uno deus & homo con-
iunguntur. Non est tamen ipse aliquid ter-
tium præter deum & hominem, sed deus
uerè & homo uerè. Ipse enim est pax no-
stra. Et quoniam naturaliter nobiscum
coniungitur, diuinæ substantiæ natura no-
stra in ipso coniungitur, & hoc modo di-
uina natura communicamus. Quomodo
igitur erit creatura filius dei, si natura no-
stra ipsi coniuncta, deo uero coniungitur?

Addat his, Dionysium quē uocant Ari-
opagitam in quadam epistola sua quæ ad
Caium inscribitur & ordine 4. ponitur,
scripsisse, Christum actionem administras-
se nobis, seu ἡγεμόνη, quam uocat διανοτι-
κὴν.

q̄d. Vnde intelligimus Mediatoris opera
 non accipienda esse ceu simpliciter huma-
 na, sed dævolpiq; utq; aliquid habeant ex
 ultraque natura. Vnde Ioannes Damasce-
 nus in libro 3. de orthodoxa fide, cap. 19.<sup>Damasce-
nus.</sup>
 scripsit: Non diuisas enim dicimus actio-
 nes, neque diuise agentes naturas, sed uni-
 tē unamquaq; cum alterius communica-
 tione agentem id ipsum, quod proprium
 habuit. Neque enim humanè operabatur:
 quandoquidē non nudus erat homo, neq;
 diuina secundū deum solū. Nā non erat nu-
 dus deus, sed deus simul existens & homo.
 Et mox: Et ppter quod actio carnis omni-
 no erat salutaris, nō humanæ actionis erat,
 sed diuinæ. Caro aut̄ diuinitate uerbi agen-
 te ppter hoc ut organo corpore diuinæ p=
 ficiebat actiones, & ppter hoc ipsum etiā,
 quod unus erat agens diuinè simul & hu-
 manè. Et mox: Hoc enim ostendit n̄ dæv=
 olpiq; ἐνέργεια, quod sit dei uiri facti, hoc est,
 humanati. Et humana eius actio diuina e=br/>
 rat, id est, deificata, & minimè diuinæ actio-
 nis immunis. Et diuina eius actio non im-
 munis humanæ operationis, sed altera cū
 altera spectari debet. Idē autor in eod. lib.

cap. 15. ait, Non enim humanitū faciebat humana, quia nō homo solūm, sed & deus. Vnde & passiones eius uiuificantes & saltantes. Necq; diuinitū operabatur diuina: nam non deus solūm, sed & homo. Quin & Chrysostomus in interpretatione Act. Apostolicorū Serm. 2. sic inquit: Nequam autem quispiam peccauerit, passionem eius actionem uocans. In sufferendo enim omnia egit magnum illud & admirabile opus, mortem dissoluens, & alia cuncta operatus.

Augusti-
nus.

Prodeat nunc Augustinus, in quo licet aduersarius unum aut alterum testimonij reperiat, quod specietenus uideat sibi stipulari, nos longē plura corrogauimus, quæ nostram sententiā fulciunt atq; confirmant. In Enchiridio ad Laurentiū cap. 18. sic habet. Nam necq; per ipsum liberaremur mediatorem dei & hominū, hominē Christum Iesum, nisi esset & deus, &c. Et mox: Ut & humana superbia per humilitatē dei argueretur ac sanaret, & demonstraretur homini quām longē à deo recesserit, cùm per incarnatū deum reuocaretur, & per hominem deum exemplū obedientiæ contumaci

maci homini præberetur, &c. Idem author De consensu Euangelistarum libro 1. cap. 35. ad hunc modum scribit: Ideò Christus mediator dei & hominū dictus est, inter deum immortalem, et hominem mortalem, deus & homo, reconcilians hominem deo, manens id quod erat, factus quod nō erat, &c. In libello quoque uel Homilia De ouibus cap. 12. Inde & mediator dei & hominum, quia deus cum patre, homo cum hominibus. Non mediator homo, præter deitatem: non mediator deus, præter humanitatem. Ecce mediator, Diuinitas sine humanitate non est mediatrix: Humanitas sine diuinitate non est mediatrix. Sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas Christi, &c. De ciuitate dei libro 9. cap. 15. Si autem quod multò credibilius & probabilius disputatur, omnes homines quādiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, quærendus est medius, qui nō solum homo, uerum etiam deus sit, ut homines ex mortali miseria, ad beatam immortalitatem, huius mediij beatitudinis mortalitas interueniendo perducatur, &c.

E xplicatio patrum. Nimis autem diu nimisque multum scribendum esset, si ex Patribus omnia decerpemus, quae huc faciunt. Satis est ex eorum monumentis ostendisse, illos à mediatoris officio Christi diuinitatem nō subtraxisse, neque illam intra humanitatis cancellos tantummodo restrinxisse. Quod sicuti uidentur humanitati seorsim ac peculiariter mediatoris officium tribuere, non autem diuinitati, duplící de causa illos putandum est ad hūc modum esse loquutos. Primum quod interdum naturam diuinam respexerunt nudam, quae nec actu neque respectu haberet naturam humanam, uel iam suscep̄tam, uel olim suscipiendā secum unitam. Prætereuntes itaque missionem, qua filius à patre destinaretur ad genus nostrū per carnem seruandum, mediatoris officium à diuinitate remouerunt. Deinde in functione mediatoris aliquando solum spectarunt labores, tormenta, cruciatus, & mortem, que cum scriptura dicat Christū in carne pertulisse, mediatoris munus ad humanitatem tantum detorserunt, ne illorū malorū sensus aut immutatio à simplicibus crederetur ad naturam diuinam peruenisse, quae immortalis

talis est, impatibilis & immutabilis. Atque utinā qui nunc inter uos Magnifici ac Nobilissimi domini de ista controuersia tam acerbè ac atrociter contendunt, rem pate- rentur ad hunc modum sedari atq; compo- ni: ut nimirum diuinitati nudæ ac simplici non tribuatur ut sit mediatrix, & carni seu naturæ humanæ tantummodo adscribatur immutatio, corruptio, atq; sensus dolorum & tormentorum, quæ Christus nostra cau- sa pertulit: sinendo interea diuinitatem si- lij ad rationem & officium mediatoris con- currere, quatenus humanitatí iungitur, uel reipsa, uel respectu, missione ac prædestina- tione ad illam ex uirgine tempore definito assumendam: nam ita omnes Christi actio- nes habentes ex diuinitate suam excellen- tiā & meritum ante omnem æternitatē deo & præsentes & acceptæ fuerunt.

Via ostendit
ostenditur
cōcordia

Scimus Petrum Lombardum 3. lib. di- stinct. 19. in hac re fuisse hallucinatum, ex cuius lacunis hæc sua Stancarus hausit, & ut alij Scholastici faciunt, defendenda suscepit. Sed aduersus tot rationes ac testi- monia Patrum non debet nobis tanti esse viri eius authoritas, ut eius causa discedat.

D

mus à ueritate, præsertim cùm à suis etiam Scholasticis non ubique(ut aiunt) sententia eius teneatur. Inepta est etiā distinctio quā cōminiscuntur Mediū & Mediatoris, cùm rationes & testimonia Patrū allata demonstrent, utrancque naturam concurrisse ad munus mediatoris obeundū. Eam stropham illi sibi fabricarunt, ut per eam & rationes & Patrum sententias, quibus opprimebantur, sophistice possent eludere.

Adhortatio ad pacem.

Hæc scribere de proposita quæstione in præsentia uisum est. Nunc duo restant, ad quorum alterum uos maxime hortamur, ab altero uero plurimum reuocamus. Pacem ante omnia suademus, ut depositis contentionibus ac dissidijs unanimes atque concordes in domo dei agatis. Et quandoquidem Christus pro nobis passus est semel, ne patiamini corpus eius, cui nec in cruce quidē id accidit, nūc inter uos diuidi, rumpi, atque lacerari. Memineritis uos non sub Marte seu Bellona, uerū sub Iesu Christo rege pacifico, ueroque Salomone stipendia facere. Profectò si rodendo ac mordendo uos inuicē pergatis, denique consumemini. Sin uero è diuerso pacifici fueritis, quemadmo-

admodū filius pacis promisit, Deum uidebitis: Quoties discordiae, lites & contentiones in ecclesia per diaboli flabella excitantur, id nos uehementer percellat oportet, quod Christus sapientissimè, ut alia omnia, dixit: Omne regnū in se diuīsum desolabitur. Veniet, omnino ueniet id tēpus, cùm illi quibus est innata rixandi libido, præser tim cum fratribus, de suo irrequieto animo fructus maximè pœnitēdos metent. Quod uero nos attinet, pacē uobis precamur, oramusq; fideliter ad deum per Iesum Christum, ut deus pacis sit uobiscū: neq; optabilior nuntius afferri nobis poterit, quam ut uestram ecclesiam per dei gratiam & sedam & compositam esse audiamus.

Vellemus præterea uos fratres in Christo dilectissimi reuocare omnibus modis à prophaniis uocū inanitatibus, & oppositio nibus falsò nominatae scientiæ, quā nonnulli profitentes (ut dicit Paulus) aberrauerūt à fide. Quid obsecro quæstio ista de media tore uel ædificationis uel utilitatis ecclesiæ attulit? Certè poteramus absq; ista subtili & disquisita inuestigatiōe, bona & syncera fide Christū integrū & totū amplecti, ut no-

Dehortatio à prophaniis uocū inanitatibus.

strum perfectū certissimūq; mediatorem.
Curiosa nimium hæc sunt, quæ uel intacta,
uel præterita, seu uisa quodammodo per
nubem, aut per transennam, suam habent
utilitatem. Agitata uero, iactata, & exquisi-
tè disputata, præsertim exacerbatis animis,
pernitiosa sunt, adeò abest ut ad ædificatio-
nē cōducant. Verùm dum uos retrahimus
ab inanibus, inutilibus, prophanis & cu-
riosis disceptationibus, opponet se Stanca-
rus, testabiturq; propositam quæstionem
de mediatore, non esse certamen infrugife-
rum, sed hoc tempore commodissimum,
quando summopere laborandum est, ut no-
ui Ariani & retegantur & opprimantur.
Sed audiat à nobis contrà, Non deerunt a-
llæ uiae commoda, planæ, ac faciles, ad il-
lud officium præstandum, Plena est scriptu-
ra, & plena sunt scripta Patrum rationum
firmissimarum, quibus Ariani quām uali-
dissimē cōfutantur, citra ullam piorum of-
fensionē. Quid oportuit certamen atrocis-
simum de illo dogmate instituere, quod
minimē cum scripturis pugnat, imò cum
illis benè congruit, nec non cum Patribus,
modò recte intelligantur; Egregiam sane
lau-

Iaudē Stancarus tandem reportabit, quod
in suis hisce rixis primarios uiros & refor-
matarum ecclesiarum columnas haereses
damnarit, ecclesias omnes Germanicas,
Polonicas, & permultas alias, ut Arianas,
uel Eutychianas, Sabellianas, & corruptas
uirgula sua censoria notarit & improbarit.
Profectò hæc ad spiritū lenitatis non per-
tinent, quo ecclesiam Christi regi & guber-
nari oportet. Sed de homine isto plura no-
lumus dicere: illi à deo meliorē mentē pre-
camur, ut deposita contendendi libidine,
relicta ex animo colluuiie Romanensiū, ec-
clesijs per Euangelium Filij Dei reforma-
tis pacato atq; fraterno animo se adiungat.

E diuerso autem alios fratres, quos de
mediatore bene sentire arbitramur, sedulō
monitos uolumus, ut ab illis diligenter &
summo studio caueant, qui Ariū clancu-
lum fouent. Habent utiq; apud se nonnul-
los huius generis homines, qui suæ per-
uersæ fidei de Trinitate alicubi non obscu-
rum indicium dederunt. Ii, ut sunt astuti
homines, cum fratribus nostris recte sen-
tientibus facere se assimulant, iactando se

Caveant
sibi pīj à
Seruetanis
uel Aria-
nis.

ambabus ulnis amplecti Christum quo ad
utranque naturam esse mediatorem , sed
ex altera parte cum Stancaro sentiant, inde
concludi Filium esse minorē Patre , quod
et si publicē non dicunt , suis tamen con-
iuratis , & simplicioribus quos corrumpe-
re student , id perpetuō ingerunt , quasiui-
cerint . Proindē cūm hoc argumentū qua-
si palmarium habeant , illis omnibus mo-
dis occurrentum est , non quidem negan-
do quod uerum est , Christum esse media-
torem quo ad utranque naturam , sed osten-
dendo uerbis quam apertissimis , inde non
consequi , Filium esse à Patre diuersæ natu-
ræ , uel eo minorē : & prædicando frequen-
ter ac seriò , in una essentia diuina tres esse
personas distinctas , quæ tamen sint æqua-
les & consubstantiales : & in Christo duas
esse naturas , proprietatibus quidem suis
distinctas , & nihilominus in eadem hypo-
stasi quam coniunctissimè unitas . Id erit
σωτηρία & paci ac ædificationi ecclesiæ plu-
rimum conduceat . Valete Magnifici No-
bilissimi p̄ domini ac fratres in Christo co-
lendissimi . Nostras Ecclesias & nosipso
quæ-

quæsumus Deo cōmendate, nos uicissim
illum rogabimus, ut pacem ac tranquillita-
tem in Euangelio Filij sui nobis restituat.

Datum Tiguri, Mense Martio, Anno
domini M. D. LXI.

Pastores, concionato-
res & professores, mi-
nistri Ecclesiæ Tigu-
rinæ, &c.

20. *It is also the case*

that there can be no better way to learn about the world than to go out and explore it for yourself.

Confidence in your own abilities

is also very important.

It is important to believe in your own abilities and to trust your own judgment.

Believing in your own abilities is important because it helps you to stay positive and to keep going even when things get tough.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay focused and to stay motivated.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay confident and to stay positive.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay focused and to stay motivated.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay confident and to stay positive.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay focused and to stay motivated.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay confident and to stay positive.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay focused and to stay motivated.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay confident and to stay positive.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay focused and to stay motivated.

Believing in your own abilities is also important because it helps you to stay confident and to stay positive.